



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam  
Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris  
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis  
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice  
locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold**

**Francofurti ad Moenum, 1708**

**VD18 10184902**

De Beneficiis Collegiatis & Simplicibus. Tit. 10

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62028](https://urn.nbn.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62028)

*Coryi  
De Pera  
er Benefice*

*G*

*5 2*

44 ARNOLD. CORVIN. De Benefic. Ecclesiast.

nachatus, post Gloss. verbo beneficis. in princ. in Clem. 2. de judia. Sén d. tr. part. I. qu. 2. num. 76. Rebuff. d. tit. regularia beneficia. num. 20. Barbosad. loc. num. 69.

14 Regulariter Secularia Beneficia Secularibus, & Regularia Regularibus conferri debent. 6. cum ad nostram. 37. c. officii. 38. de elect. ad cum de beneficio. 5. de prabend. in 6. Concil. Trid. sess. 14. de reform. cap. 10. Nisi Papa dispenset. Barbosd. d. loco. num. 76.

15 Beneficiis enim dictis addi potest tertium genus Beneficii quod extra præscriptionem qualitatis, à persona alterius qualitatis, quam Beneficii exigat natura, possideretur, sed sine natura beneficii prejudicio. Per dispensationem, eo commendato olim ad tempus certum, persona certa hodie, ut plerunque quamdiu Commendatarius vixerit. Quod Beneficium commendatum Commendam vocant: ut si beneficium secularis conferat Papa seculari nomine commendat: nam ideo non mutatur beneficii natura, nec si video secularis. vid. can. qui plures. 21. 1. c. nemo deinceps. do elect. in 6. ubi Gloss. ad verb. commendat.

TITULUS X.

De Beneficiis Collegiatis & Simplicibus

S U M M A R I A.

1. Collegiata Beneficia quo. 3. Quæ inter Illa differe.  
2. Quæ Non Collegiata. tia.

1. Collegiata Beneficia sunt, in quibus tres vel plures simul per se periorem, probandi auctoritatem habentem, fac. l. 1. I. cum Se natus. 20. ff. de colleg. illic. instituuntur, ut cultui inserviant de vino, faciant corpus, habeantque commune & unum Collegii sigillum, c. sign. facavit de appell. Syndicum areamque comsument. 1. S. quibus. ff. quod cuiusq. univers. nom. c. dilecta. de excess. Pralat. commune refectorium, dormitorium: Guid. Papa. decif. 158. not. in d. dilecta. c. à nolis. de Jure patronat.

Quæ tamen non semper simul desiderantur. secund. Francisc. de  
Zabarelli in d.c. dilecta. &c. hi qui. de etate & qualit. ordinand.

Beneficia non Collegiata, & Simplices dicuntur Ecclesiæ sunt, in  
quibus prædicta non sunt; & quibus Clerici non sunt facientes corpus  
unum, quamvis ex illis qui in eis sunt, alii subiectantur alii: Quod in  
omnibus ferè Ecclesiæ habet locum; maximè animarum curam ha-  
benitus: in quibus vix esse potest Presbyter seu Sacerdos sine uno vel  
duobus Clericis, qui secum psallant & in altari administrent, filiosque  
Paracianorum erudiant. c. ut quisq; de vita & honest. Clericor. Quita-  
men Collegium non faciunt: qua in Collegio faciendo forma exigitur  
& Superioris licentia. d.l. 1. ff. de colleg. illuc. d. lic. §. quibus ff. quod cujusq;  
univers. Nec id constitut personarum numerus; cum in eo consti-  
tuendo sufficient tres: c. l. de elect. l. Neratius. 85. §. de verbis signific.  
de juis collegiū retineri possit per unum. d.l. 1. §. sicut. ff. quod cujusq;

Interest valde inter ista Beneficia, potissimum in Jure patronatus, 3  
quod non in Collegiatis perinde liberum, ac in Simplicibus Beneficiis. c.  
nihil de jure patronat. & in aliis quæ ex dictis & dicendis colligi possunt.

Porro Ecclesiæ Collegiatæ regularium personarum dicuntur.  
Conventuales, d.c. nol. eccl. ob. alia Capitula. Panorm. in c. edoceri.  
c. capitulum. de rescript. Omnis Ecclesia Cathedralis est Collegiata:  
qua Episcopus caput, membra, & consilium ejus capitulum; quod de-  
bet in institutione & de substitutione Clericorum adhibere secum. cap. no-  
vit. 4. c. quanto. 5. de his que sunt à Præl. sine cons. Capit. Cardin. in Cle-  
ment. us. ii. coll. 3. & 2. qu. de etate & qualit. ord. quamquam omnes Ec-  
clesia Collegiatæ Cathedrales non sint. Petr. Gregor. Syntagm. jur. univ.  
lib. 17. cap. 3. num. 14. §. 15.

## TITULUS XI.

### De Beneficiis Collativis & Electivis.

#### S U M M A R I U M.

1. *Beneficia Collativa* qua. 2. *Quæ Electiva.*

[F] 3

3. An

nus  
omis  
Ecclesiast.

IV.